

THEATRVM
VERITATIS, ET IVSTITIAE
SIVE
DECISIVI DISCVRSVS

Ad veritatem editi, in forensibus contiouersijs, Canonicis, & Ciuilibus,
in quibus, in Urbe Aduocatus, pro vna partium scripsit,
vel consultus respondit

IO. BAPTISTA DE LVCA
VENVSINVS.

*Per materias, seu titulos distincti, iuxta proximam indicem
post prefationem.*

LIBER OCTAVVS
DE CREDITO, ET DEBITO, CREDITORE,
ET DEBITORE.



f. Clauver


R O M A E,
Typis Heredum Corbelletti. M. D C. LXXI.

SUPERIORVM PERMISSU.

SACRO CONSIGLIO NEAPOLITANO



IO. BAPTISTA DE LVCA
FELICITATEM.



CREDITORI, debitorem soluere, pro viri-
bus, quod debet, VERITAS, & IVSTITIA,
cogunt; Cum itaque, à scholarum velut
vtero egressus, ab hoc magno, ac celeber-
rimo Tribunali, cuius auctoritas maiora
legum lumina terruit, tanquam à beneuola nutrice, per
tricennium, praxis forensis, instar lactis, nutrimentum acce-
perim, cuius vigore, in Curia Romana, robustus effectus,
forense iter peregi; Hinc, pro ea mei magni debiti solutione,
vel agnitione, quæ exiguis viribus conceditur; Hoc mei
Theatri volumen, in quo, CREDITI, & DEBITI materiali
peragitur, alumnus, adeo charæ nutrici, pro obsequijs,
ac deuotionis perpetuo monumento, offero.

DE CREDITO
ET DEBITO
DISCURSUS PRIMVS
ROMANA SALVIANI
PRO
MARGHIONE LANCEA
CVM
BARBARA SPINOLA.

Causus decisus per Rotam pro Barbara, postea concordatus.

'An, & quando ille, de cuius pecunia dimissus est creditor anterior, vel
potior, in istius locum succedat, adeoūt alios intermedios
creditorcs, agendo, vel excipiendo repellere,
valeat, atque iura dimissi creditoris
deducere.

S V M M A R I V M .

1 F Acti series.

2 Resolutiones cause.

3 Inter creditoris aequalis potior est condi-
tio possidentis.

4 Quando ille, de cuius pecunia creditor
anterior dimittitur, in eius locum suc-
cedat, & quando non.

5 Ut ad effectum excipendi de iuris dimissi
creditoris requiratur possesso tempo-
re dimissionis, & num. 13. & 14.

6 De eadem conclusione, de qua num. 4.

7 De solemnitatibus requisitis in contracti-
bus mulierum in Urbe.

8 Quando dicatur soluta pecunia liberè de-
bitori, ut non intret subintractio.

9 De eodem, & quando hoc non obstante sit
locus subintractio.

10 De eadem conclusione, de qua num. 4.

11 De potioritate mutuantis in refectionem,
vel emptionem, & quid require-
tur.

12 De probatione versionis pecuniae mutua-
ta in dictam causam.

13 De conclusione, de qua num. 3. & 5.

14 De eodem, ac de ratione, ob quam potior
est conditio possidentis.

D I S C . I .

Hypolita Puteobonella de
anno 1644, ut extingue-
ret debitum, de anno
1639, in summa scuto-
rum bis mille contra-
ctum à Liuia eius ma-
tre (cuius erat hæres) cum Pulcheria
Galia, debitum contraxit cum Iose-
pho, pro quo dissoluendo, ad evitandam
coactionem mandati iam relaxati, cum
solemnitatibus præscriptis à Statuto Ur-
bis 1511, aliud debitum contraxit cum
Marchionissa Lantes, cuius pecunia, per
Montem pietatis, (neglecta tamen iuriū
cessione), soluta fuit Iosepho, qui cessa-
tionem iurium à dicta Pulcheria habebat,
deindeque Hypolita de anno 1652. vi.
neam vendidit Marchioni Lanceæ, ad
effectum erogandi pretium in extinc-
cio.
De Cred. A nem